

# DE COR PORE ET SANGVI

V316 NE DOM. D. AMBROSII

tertio libro de Sacramentis  
sententia.



Rgo didicisti, quod ex pane cor  
pus fiat Christi: & quod vinum  
& aqua in calicem mittitur: sed  
fit sanguis consecratione verbi  
caelestis. Sed forte dicas: speciem  
sanguinis non video, sed habet  
similitudinem. Sicut enim mortis si-  
militudinem sumpsiisti, ita etiam si  
militudinem pretiosi sanguinis bibis, nullus horror cruo-  
ris fit: & pretium tuum operetur redēptionis. Didicisti ergo  
quia quod accipis, corpus est Christi. Vis scire, quia ver-  
bis caelestibus consecrat: accipe, quae sunt verba. Dicit sa-  
cerdos: Fac nobis hanc oblationē scriptā, rationabi-  
lē, quae est figura corporis domini nostri Iesu Christi: Qui  
pridie quam patere, in sanctis manibus suis accepit panem:  
respexit ad celum, ad te sancte pater omnipotens aeternæ  
deus, gratias agens, benedixit, fregit: fractumque disci-  
pulis suis tradidit dicens: Accipite & comedite ex hoc  
omnes: hoc est corpus meum quod pro multis con-  
fringetur. Similiter & calicem, postquam coenatum est, pri-  
die quam pateretur accepit, respexit in celum ad te sancte  
pater omnipotens aeternæ deus: gratias agens bene-  
dixit & tradidit discipulis dicens: Accipite & bibite  
ex eo omnes: hic est enim sanguis meus. Ergo vide,

## DE CORP. ET SANG. DOM.

Quatis generib⁹ potēs est sermo Chri⁹, vniuersa cōuertere. Deinde ipse dominus Iesus testificatur nobis, qđ corp⁹ suū accipiamus & sanguinē. Nungd debemus de eius fide & testificatiōe dubitare? Iā redi mcccū ad ppositionē meā. Magnū quidē & venerabile, q̄ manna ludegis pluit de celo. Sed intellige: Quid est amplius māna de cælo, an corpus Chri⁹? corpus utiq⁹ Christi, qui autor est celi. Deinde manna q̄ manducavit, mortuus est: qui aut̄ māducauerit hoc corpus Christi, fieri remissio peccator⁹, & nō morietur in æternū. Ergo non otiose tu dicis amen, iam in spū cōfitens, q̄ accipi as corpus Christi. Et tu dicis amen, hoc est, verum. Quod confitetur lingua, teneat affectus. Ut scias aut̄ hoc esse sacramentum, huius figura antē p̄cessit. Deinde quantum sit sacramentum cognosce. Vide quid dicat: Quotiescūq; hoc feceritis, toties mēa memoriā facietis, donec iterū adueniā. Ergo memores inquit sacerdos glorioſissime eius paſtōnis, & ab inferis resurrectiōis, & in celū ascensionis, offerimus tibi hanc īmaculatā hostiā, rationabilē hostiā, incruentā hostiā, hūc panē sanctū, & calicē vitę eterne: & petim⁹ & pcamur, vt hanc oblationē suscipias in sublimi altari tuo, p manus angelorū tuorū: ficut suscipe dignat⁹ es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nr̄i Abrahæ: & qđ tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech. Ergo quotiescūq; accipimus, mortem domini annūtiāmus. Si mortē domini annūtiāmus, remissionē peccator⁹. Si q̄tiescūq; effundiā sanguis, in remissionē peccator⁹ funditur, debeo illum semper accipere, vt semper mihi p̄tā dimittantur: qui semper pecco, semper debeo medicinam habere.